

Vorbemerkung: Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:

Eine Anfrage des jüngeren Plinius bei Aristo

- 1 Cum sis peritissimus et privati iuris et publici, cuius pars senatorium est, cupio ex te potissimum audire, erraverim in senatu proxime necne, non ut in praeteritum (serum enim), verum ut in futurum si quid simile inciderit erudiar. Dices:
- 5 'Cur quaeris quod nosse debebas?' Priorum temporum servitus ut aliarum optimarum artium, sic etiam iuris senatorii oblivionem quandam et ignorantiam induxit. Quotus enim quisque tam patiens, ut velit discere, quod in usu non sit habiturus? Adde quod difficile est tenere quae acceperis nisi exerceas.
- 10 Itaque reducta libertas rudes nos et imperitos deprehendit; cuius dulcedine accensi, cogimur quaedam facere ante quam nosse. Erat autem antiquitus institutum, ut a maioribus natu non auribus modo verum etiam oculis disceremus, quae facienda mox ipsi ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus ...
- 15 Quae potestas referentibus, quod censentibus ius, quae vis magistratibus, quae ceteris libertas, quod silentii tempus, quis dicendi modus, quae distinctio pugnantium sententiarum, omnem denique senatorium morem (quod fidissimum percipiendi genus) exemplis docebantur. At nos iuvenes ... prospeximus
- 20 curiam, sed curiam trepidam et elinguem, cum dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset.
- Quid tunc disci potuit, quid didicisse iuivit, cum senatus aut ad otium summum aut ad summum nefas vocaretur, et modo ludibrio modo dolori retentus numquam seria, tristia saepe

Fortsetzung nächste Seite!

25 censeret? Eadem mala iam senatores, iam participes malorum
multos per annos vidimus tulimusque; quibus ingenia nostra
in posterum quoque hebetata fracta contusa sunt. Breve tempus
(nam tanto brevius omne quanto felicius tempus) quo libet
scire quid simus, libet exercere quod scimus. Quo iustius
30 peto primum ut errori, si quis est error, tribuas veniam,
deinde medearis scientia tua cui semper fuit curae, sic iura
publica ut privata sic antiqua ut recentia sic rara ut adsi-
dua tractare. Atque ego arbitror illis etiam, quibus plurima-
rum rerum agitatio frequens nihil esse ignotum patiebatur,
35 genus quaestionis quod adfero ad te aut non satis tritum aut
etiam inexpertum fuisse. Hoc et ego excusator si forte sum
lapsus, et tu dignior laude, si potes id quoque docere quod
38 in obscuro est an didiceris.

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. 'debebas' ist eine Konjektur von Gronovius; überliefert ist 'debeas' (Z. 5). Nehmen Sie Stellung zur Überlieferung!
2. Nennen und benennen Sie sprachlich-stilistische Erscheinungen, die diesen Text als Plinianisch und damit der 'silbernen Latinität' zugehörig ausweisen!